

γαλλιαμβικόν / *galliambicum*, *galliambicus* versus

HERPHAEST. 38. 6 sqq. τῶν δὲ ἐν τῷ μέτρῳ (*scil.* ἰωνικῶ ἀπ' ἐλάσσονος) μεγεθῶν τὸ μὲν ἐπισημότερον ἔστι τὸ τετράμετρον καταληκτικόν, οἷόν ἐστι τὸ Φρυνίχου τοῦ τραγικοῦ τουτί' (fr. 14 [TrGF I, p. 77] Snell)

τό γε μὴν ξείνια δούσαις, λόγος ὡσπερ λέγεται,
ὀλέσαι, κάποτεμειν ὀξεῖ χαλκῶ κεφαλάν,

καὶ παρὰ Φρυνίχῳ τῷ κωμικῶ' (fr. 76 [PCG VII, p. 426] Kassel-Austin)

ἄ δ' ἀνάγκα 'σθ' ἱερεῦσιν καθαρεύειν φράσομεν'

τοῦτο μέντοι καὶ γαλλιαμβικόν καὶ μητρφακόν [καὶ ἀνακλώμενον] καλεῖται — ὕστερον δὲ <καί> ἀνακλώμενον ἐκλήθη — διὰ τὸ πολλὰ τοὺς νεωτέρους εἰς τὴν μητέρα τῶν θεῶν γράψαι τούτῳ τῷ μέτρῳ (εἰς καὶ τὰ τοὺς τρίτους παιῶνας ἔχοντα καὶ παλιμβάκχειον καὶ τὰς τροχαϊκὰς ἀδιαφόρως παραλαμβάνουσι πρὸς τὰ καθαρὰ), ὡς καὶ τὰ πολυθρύλητα ταῦτα παραδείγματα δηλοῖ' (*mel. adesp.* 112 [PMG 1030] Page = Callim. fr. 761 Pfeiffer)

Γαλλαι μητρὸς ὀρείης φιλόθυρσοι δρομάδες,
αἷς ἔντεα παταγεῖται καὶ χάλκεα κρόταλα.

CHOEOROB. 245. 26 sqq. ἰστέον ὅτι τοῦτο τὸ ἀπ' ἐλάσσονος ἰωνικόν λέγεται ἀνακλώμενον καὶ μητρφακόν καὶ γαλλιαμβικόν ἀπὸ τοῦ τοὺς Γάλλους, ὃ ἔστι τοὺς κιναιδούς, ἱαμβίζειν καὶ ὑμνεῖν τὴν Ῥέαν κατὰ τὴν ἀγοράν διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μητρφακόν. ἴσως δὲ διὰ τοῦτο καὶ ἀνακλώμενον διὰ τὴν κλάσιν τῆς φωνῆς αὐτῶν καὶ ἀπαλότητα. ᾧ καὶ Καλλιμάχος κέχρηται. ἔστι δὲ ἀταξία πολλὴ ἐν τῇ χρήσει ὧν παραφέρει χρήσεων καὶ μάλιστα ἐν τοῖς πρώτοις ποσὶ.

ΤΖΕΤΖ. *de metr.* 314. 9 sq.

καλεῖται δὲ τὸ σύμμικτον τοῦ δὲ τοῦ μέτρου μέτρον,
μητρφακόν γαλλιάμβον σὺν τῷ ἀνακλωμένῳ.

TRICH. 395. 30 sqq. τετράμετρον δὲ καταληκτικόν καθαρὸν ἔστι ἕκαστον τῶν προκειμένων τριῶν ἐπῶν. τὰ δὲ τοιαῦτα τετράμετρα καὶ ἐπισημότερά εἰσι. καὶ Φρύνιχος ὁ παλαιὸς ποιητής, ὃ τε κωμικός (fr. 76 [PCG VII, p. 426] Kassel-Austin) καὶ ὁ τραγικός (fr. 14 [TrGF I, p. 77] Snell), ἐν πολλοῖς φαίνονται χρώμενοι τοῖς τοιούτοις. καὶ ταῦτα μέντοι, ὅτε εἰσὶν ἐπίμικτα, ἀνακλώμενα ὀνομάζονται καὶ Γαλλιαμβικά καὶ Μητρφακά. καὶ γαλλιαμβικά μὲν διὰ τὸ Γάλλους, οἵτινες ἱερεῖς ἦσαν τῆς Δήμητρος, τῷ τοιοῦτῳ μέτρῳ πρὸς ὕμνον τῆς τῶν θεῶν μητρὸς χρῆσθαι διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Μητρφακά. ἢ παρ' ὅσον ἀνειμένον καὶ ἔκλυτον τὸ ἐπίμικτόν ἐστιν ἰωνικόν. καὶ οἱ Γάλλοι γάρ, οἳ εἰσὶν ἔθνος τι, τοιοῦτοι μαλακοὶ καὶ θήλειαν νόσον ἔχειν διαβαλλόμενοι. ἀνακλώμενα δὲ διὰ τὴν αἰτίαν, ἣν ἔφαμεν ἀνωτέρω, παρ' ὅσον ὁ ἐν τοῖς τοιούτοις ρυθμὸς ἀνακλάται πρὸς τὸ χαῦνον καὶ μαλακόν.

SCHOL. A in Herphaest. 147. 27 sqq. γαλλιαμβικόν δὲ ἐκλήθη, ἐπεὶ λελυμένον ἔστι τὸ μέτρον· οἳ δὲ Γάλλοι διαβάλλονται ὡς θήλειαν νόσον ἔχοντες διὸ καὶ σώματα φόρον ἐτέλουν Ῥωμαίοις εἰς τοῦτο· οἳ τοιοῦτοι δὲ ἱερεῖς εἰσὶ Δήμητρος.

CAES. BASS. GL VI 261. 28 sqq. = fr. *6. 180 sqq. (GRF 139 sq.) Mazzarino *de galliambo. ex hoc nascitur galliambus repetito hoc metro, sed una syllaba*



detracta, ut habeat semipedem clausulam, quale est hoc: (Laev. 28 [FPL 139] Blänsdorf)

mea Vatiēna amabo,

ut faciat:

mea Vatiēna amabo, mea Vatiēna ama,

et illud similiter: (cf. Catull. 1. 1)

lepidum novum libellum, lepidus novus liber.

huic pares sunt apud Maecenatē: (fr. 5 [FPL 247] Blänsdorf)

ades, inquit, o Cybebe, fera montium dea,

ades et sonante typano quate flexibile caput.

sed quo magis hic versus, quod matri sacer est Idaeae, vibrare videatur, proximum ab ultimo pedem brachysyllabon fecerunt et Graeci et hic ipse Maecenas iis quos modo rettuli proximum sic: (fr. 6 [FPL 247] Blänsdorf)

latus horreat flagello, comitum chorus ululet,

et Catullus: (63. 2)

Phrygium nemus citato cupide <pede> tetigit,

et ille alterius auctoris: (lyr. inc. 42 [FPL 428] Blänsdorf)

o qui chelyn canoram plectro regit Italo:

ut si facias illud ex laeviano metro ad hanc legem:

mea Vatiēna amabo, mea cura, mea Venus.

Catullus in anacreonteo *** (Maecen. fr. 5. 1 [FPL 247] Blänsdorf)

ades inquit o Cybebe.

potest adhuc fieri crispior, si pro uno iambo brachysyllabon posuerimus in hunc modum:

mea vita, mea voluptas, mea cura, meus amor.

hic versus habet primum pedem anapaestum, secundum saepe iambum, non numquam tribrachum, tertium iambum, semipedem accipit medium, quia ex duobus commatibus constat; sequens comma accipit pariambum, trochaem, brachysyllabum, semipede cluditur. si quis autem quaesierit, quid ita, cum sit galliambicus versus, iambici quoque nomen acceperit, hoc versu, qui est apud Maecenatē, lecto intellet eum ex iambico quoque trimetro nasci: (fr. 7 [FPL 247] Blänsdorf)

hic nympha cingit omnis Acheloum senem.

adice syllabam Acheloo, fiet galliambicus sic:

hic nympha cingit omnis Acheloiū senem.

esse autem huic metro cognationem cum sotadeo cognoscamus hinc licet, quia facta translatione modica et sotadeus qui fuit transit in galliambum et eodem modo galliambus in sotadeum. ex galliambo in sotadeum sic:

Phrygium nemus citato cupide pede tetigit,

Phrygium cupide <pede> tetigit nemus citato;

contra: (lyr. inc. 111 [FPL 459] Blänsdorf)

Galli timidi semianimes tergora versant,

Galli tergora versant timidi semianimes.

CAES. BASS. GL VI 271. 22 = fr. *6. 465 sq. (GRF 148 sq.) Mazzarino et cum ex galliambo sotadeus fit, ex sotadeo galliambus, ut iam demonstravi.



QVINT. *inst.* IX 4. 6 pravi pedes vim detrahunt rebus, ut sotadeorum et galliamborum et quorundam in oratione simili paene licentia lascivientium.

MART. II 86. 4 sq.

nec dictat mihi luculentus Attis
mollem debilitate galliambon.

TER. MAVR. GL VI 410. 2885 sqq.

hoc si sic repetamus, ut secundo
supremam dare syllabam negemus,
iuncto commate galliambus exit:
'segetes meum laborem, segetes meum labo'.
sonat hoc subinde metro Cybeleium nemus,
nomenque galliambis memoratur hinc datum,
tremulos quod esse Gallis habiles putant modos;
adeo ut frequenter illum prope ab ultimo pedem,
mage quo sonus vibretur, studeant dare tribrachym.
anapaestus esse primus, spondeus aut solet;
duo post erunt iambi, tribrachysve subicitur,
linquitque comma primum catalecticam brevem.
pariambus et trochaei duo comma posterum
tribrachysve continebunt, superatque semipes.
servasse quae Catullum probat ipse tibi liber: (63. 1)
'super alta vectus Attis celeri rate maria.'

APTHON. GL VI 46. 24 sqq. meminere sane trisyllabos pedes temporum dumtaxat quinque vel sex, ut est bacchius et molossus, cum in quibusdam metris, sicut in galliambico, longae eorum solvuntur in breves, vim tetrasyllaborum obtinere.

APTHON. GL VI 95. 21 sqq. plurimi autem tam tragici quam comici, sed et lyrici poetae, huius modi compositionum diversitate libere abusi sunt. inter haec si tetrametri versus catalectici, qui in huius modi metro primi habendi sunt, longas in breves solverint, metrum efficient galliambicum, dictum quasi Γάλλων ἴαμβοι, id est maledicta, quibus non numquam conviciantur. idem et metrioiacon seu, ut quidam, bacchiacon anaclomenon. cuius exemplum: (Ter. Maur. GL VI 410. 2891)

tremulos quod esse Gallis habiles putant modos,
quod ex duobus colis, id est dimetro acatalecto subiuncto dimetro catalectico,
conexum habetur, ut est: (Ter. Maur. GL VI 410. 2888)

segetes meum laborem, segetes meus labor.

subsistit ex pariambis adnexis trochaeis, sicut dictum est, alterna vice, cum longis breves aut brevibus longae subiciuntur. meminere tamen et tribrachyn loco trochaei hoc metrum, si necessitas postularit, admittere neque ad crescentis syllabae numerum, cum in temporibus omnis ratio custodiatur, officere, ut hoc galliambicum, quod solutione complurium syllabarum compositum est, ut:

volat agiliter sunt ***.



ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 154. 18 sqq. ex hoc (*scil.* anacreonteo) galliambicum quod vocant metrum emollita ac tremula modulatione formatum manare dinoscitur. nam si comma superioris versiculi repetendo geminaveris, ita tamen ut sequentis clausulae ultimam syllabam subtrahas, versus galliambicum efficies sic: (Ter. Maur. GL VI 410. 2888)

segetes meum laborem, segetes meum labor.

hoc genus metri maxime desiderat separari in duas clausulas, tamquam: (Catull. 63. 1)

super alta vectus Attis,

dehinc:

celeri rate maria.

quod quidam metroiacum, eo quod deum matris cantibus aptum sit, meritoque etiam galliambum a Gallis, ministris deae, appellarunt, ut versus isti testantur: (Ter. Maur. GL VI 410. 2891)

tremulos quod esse Gallis habiles putant modos,

(Ter. Maur. GL VI 410. 2889 sq.)

sonat hoc subinde cantu Cybeleium nemus,

nomenque galliambis memoratur hinc datum.

recipit hic versus sub alia percussione anapaestum aut spondeum in prima sede, dehinc duos iambos, interdum et tribrachyn. nam superfluit tam in hoc quam in sequenti colo non numquam semipes, id est una syllaba, quod colon ex pariambo et basi trochaica aut tribrachy constabit.

ΑΤΙΛ. FORTVN. GL VI 290. 4 sqq. est et aliud ex hoc metro ionico, quod galliambon dicitur, quod in fine degenerat, quo minus integrum ionicum ἀπ' ἐλάσσοнос faciat:

miserarum est neque amori dare posse remedia.

ΔΙΟΜ. GL I 514. 12 sqq. galliambum metrum apud Maecenatem tale est: (fr. 5. 1 [FPL 247] Blänsdorf)

ades, inquit, o Cybebe fera montium dea.

superius comma quod est:

ades, inquit, o Cybebe,

simile est illi: (Hor. *carm.* I 4. 1)

vice veris et favoni.

inferius comma superiori simile esset, nisi amisisset ultimam syllabam.

ΔΙΟΜ. GL I 514. 17 sqq. galliambum aliud ex hoc ipso factum, et ei simillimum esset, nisi quod, ut enervatius fieret et mollius, secunda aut tertia ab ultima syllaba in duas breves geminata est, et factum tale: (Maecen. 6 [FPL 247] Blänsdorf)

latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

si esset sic:

comitum chorus volet,

esset illi simile:

fera montium dea.

ceterum huic metro, quod enervatum diximus, simile est illud neotericum,



γαλλιαμβικόν / *galliambicum*, *galliambicus versus*

quod est tale: (lyr. inc. 43 [FPL 428] Blänsdorf)

rutilos recide crines habitumque cape viri.

hoc simile est illi de quo paulo antea disputavi, quod fuit tale:

latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

SERV. GL IV 466. 26 sqq. de *galliambico*. *galliambicum* constat dimetro
iambico catalectico et anapaesto vel spondio cum duobus iambis, ut est hoc:

tenera recrispat aura tremulos sinus freti.

[E.C.]